



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118464**

§. 69. Cæsar Caronii conscensa navi ex Hispania profectus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66414)

Sæcul. XVI  
A.C. 1520.

distrahebantur, ac potissima eorum parte in Regis obsequium redeunte, ceteri a Regni Administratoribus armorum vi dissipabantur.

## §. LXIX.

*Cæsar Caronii conscensa navi ex Hispania profectus.*

*Ant. Vera  
hist. Car. V.  
p. 35.*

Interea temporis Cæsar die decima quinta Maji Caronii portu solvit, comitantibus eum Albenfi Duce, Friderico Principe, ac Villæfrancæ Marchione ejus filio. Præter exteros, qui eum sequebantur, in Germaniam præmisit Baviaræ Ducem, ut S. R. I. Electores per eundem, quem peractam electionem gratulandi causa misissent, officiosam quoque gratiarum actionem a Cæsare reciperent, maxime cum alius meritorum eminentia clarior ad id muneris seligi haud potuisset. Ceterum Imperator iter per Angliam institui jussit, intelligens, quod Volseus Cardinalis Regis Galliarum blanditiis, ac muneribus captus inter Franciscum I. & Henricum VIII. procuraverit colloquium, in quodam loco Ardrecium & Guinas interjacens celebrandum, cui præter utramque Reginam quamplurimi utriusque sexus Principes eidem interfuturi essent. Quapropter Carolus hunc congressum præpedire, plurimum e re sua fore existimabat.

## §. LXX.